

VII. Item EX CONCILIO NANNETENSI. [c. an. 658. in Gallia.] P A L E A.

NuLLus Presbyterorum, quando ad anniversarium diem, trigintimum, aut septimum, vel tertium alicujus Defuncti, aut quacunque vocatione ad collectam Presbyteri venerit, se inebriare ullatenus presumat, nec precatus amoverit, se inebriare ullatenus presumat, nec precatus amoverit, se inebriare ullatenus presumat, nec precatus amoverit...

VIII. Item EX EODEM. [c. an. 658. in Gallia.] De eodem. P A L E A.

Quando autem convenerint Presbyteri ad aliquod convivium, aliquis Prior illorum, versum ante mensam incipiat, & cibum benedicit; & tunc secundum ordinem sedent, alter alteri honorem praebentes; & per viros cibum, & potum benediciant, & aliquis de illorum Clericis aliquid de sancta Scriptura legat. Et post recitationem similiter sanctum hymnum dicant ad exemplum Domini; sicut in coena fecisse legitur: & sic se contineant omnes Presbyteri, maxime in talibus locis, ut non vituperetur ministerium illorum.

IX. Item EX EODEM. [c. an. 658. in Gallia.] De eodem. P A L E A.

Quando Presbyteri per kalendas simul conveniunt post peractum Divinum mysterium, ad necessarium collationem, non quasi ad plenam recitationem, sed quasi ad prandium, ibi ad tabulas reideant: ne per talia inhonesta convivia se invicem gravent: quia indecens est, & onerosum de reprehensione consequuntur, quod de gravitudine mutua contrahunt, quam lucrum ibi faciunt. Nam de hujusmodi conventu Paulus Corinthios reprehendit: qui inconvenienter cenam Dominicam manducare conveiebant. Sic & qui ad cenam Dominicam, id est, ad collationem verbi sub occasione conveniunt, & ex veritate ventris causa conjunguntur; reprehensibiles coram Deo, & hominibus habentur. Et ideo peractis omnibus, qui voluerint, panem cum charitate in domo fratris sui simul cum fratribus frangant, & singuli singulos bibere faciant; & maxime ultra tertiam vicem poculum non contingant; & sic ad Ecclesias redeant.

X. Item EX CONCILIO LAODIENSIS, c. 55. [c. an. 320. in Phrygia Paetiana.] Christiani ex symbolis convivia non celebrent.

Non oportet Ministris altaris, vel quolibet Clericos, aut etiam Laicos Christianos ex symbolis, quae vulgus comestalia appellat, convivia celebrare. PITH. 3. Ex. Abest in V. C. Synbois. Dionys. Exig. ex collatis vel comestationibus. Glossae, comissum, convivia: comissum, exi: comissio: comestationes, convivia. Comestalia. V. C. comestalia. Duo alii, Comissalia.

XI. Item EX CONCILIO TOLETANO III. c. 7. [an. 589. in Hispania.] Sacrarum Scripturarum lectio Sacerdotibus semper conviviis miscetur.

Pro reverentia Dei, & Sacerdotum, id universa sancta constituit Synodus, ut quia solent crebro mentis otiose fabulae interponi in omni Sacerdotali convivio lectio divinarum Scripturarum miscetur. Per hoc enim & animae edificentur ad bonum; & fabulae non necessariae prohibentur.

XII. Item EX CONCILIO MARTINI PAPE c. 61. [c. an. 572. in Hispania.] De confertis nec convivia facere, nec ante horam diei tertiam Clericis comedere licet.

Non liceat Sacerdotes, vel Clericos, sed nec religiosos Laicos convivia facere de confertis. Nec oportet Clericos, vel Laicos religiosos ante sacram horam diei tertiam inire convivia, nec aliquando Clericos, nisi hymno dicto, comedere panem; & post cibos gratias auctori Deo referre.

GRATIAN. Si ergo Laici comestationes damnabiles sunt, multo magis Sacerdotibus imputantur ad gehennam. Venter enim pinguis ut Hieronymus ait, crassum sensum generat: cum Sacerdotis sensus contra vigil esse debeat, & tenuis; atque ideo edacitatis vitio obnoxii in Sacerdotes ungi non debent. Hi enim ut ait Gregorius in Moralibus, qui ad huc victorum bello subjacent, nequaquam per predicationis usum praesae magisterio ceterorum debent.

EPISCOPI ET ECCLESIASTICI NON SINT PERCUSSORES, SED MODESTI.

DISTINCTIO XLV.

SEQUITUR non percussorem. Non enim oportet Episcopum ita esse irascibilem, & perturbati sensus, ut percudat, qui debet esse patiens: sed sequatur eum, qui dorsum posuit ad flagella. Unde scribit GRATIAN. 1. Pars. 1. Tim. 2. c. 1. ibi Glossa ordin. & Ansel. ex Hier. ad Oceanum.

I. GREGORIUS I. Joanni Episcopo Constantinopol. lib. 2. Epist. 52. al. cap. 91. [an. 593. Romae Constantinopolim.] Verborum correptione, non verberibus timere debet Episcopus.

Quid autem de Episcopis, qui verberibus timere volunt, Canones dicant, bene Fratemitas vestra novit. Pastores etenim facti sumus, non percussores: & egregius Praedicator dicit: Argue, obsecra, increpa in omni patientia. & doctrina. Nova verò, atque inaudita est ista praedicator, quae verberibus exigit fidem.

II. Item IN CONCILIO ROMANO sub Silvestro, c. 17. [an. 324. Romae.] De eodem.

Neminem quicumque peccantem Clericum caede attingat, non Presbyter, non Diaconus, non Episcopus Clericum, vel servitorem Ecclesiae ad caedem perducatur. Sed si ita causa exigit Clerici, triduo privetur honore, ut poenitens redeat ad matrem Ecclesiam.

III. Item GREGORIUS I. Paschasio Episcopo Neapol. lib. II. Epist. 15. [an. 602. Romae in Campaniam.] Non asperis, sed blandis verbis, ad fidem sunt aliqui provocandi.

Qui sincera intentione extraneos in Christiana religione ad fidem cupiunt rectam perducere, blandimentis non asperitatibus debent studere, ne quorum mentem reddita ad planum ratio poterat revocare, pellat procul adversitas. Nam quicumque aliter agunt, & eos sub hoc velamine a consuetis ritibus sui volunt cultura suspendere, suas illi magis, quam Dei causas probantur attendere.

Judei siquidem Neapoli consistentes questi nobis sunt, afferentes; quod quidam eos a quibusdam feriarum suarum solemnitatibus irrationabiliter mitantur accere: ne illis sit licitum festivitatum suarum solennia colere: sicut eis nunc usque, & parentibus eorum longam temporibus licuit observare. Quod si ita se veritas habet, supervacua rei videntur operam dare. Nam, quid utilitatis est, quando, & si contra longum usum fuerint vetiti, ad fidem illis, & conversionem nihil proficit? Aut cur Judaeis, qualiter caeremonias suas colere debeant, regulas ponimus, si per hoc eos lucrari non possumus? Agendum ergo est, ut ratione potius, & mansuetudine provocati, sequi nos velint, non furem, ut eos, ex eorum codicibus offendentes, quae dicimus, ad finem fratris Ecclesiae Deo possimus adjuvante convertere. Itaque Fratemitas tua eos nominis quidem, prout poterit, Deo adjuvante, ad convertendum accendat, & de suis illis solennitatibus inquireri denuo non permittat: sed omnes festivitates, feriasque suas, sicut haecenus tam ipsi, quam parentes eorum per longa colescentes retro tempora tenuerunt, liberam habeant observandi, celebrandique licentiam.

IV. Item GREGORIUS IV. in Epistola Episcopis per Galliam, & Germaniam constitutis. [c. an. 828. Romae in Galliam, &c.] Non severitate, sed benevolentia subditos Praelati corripiant.

Lectis plerumque accidit in Sacerdotibus, quae sunt reprehendenda, plus tamen erga corrigendos agat benevolentia, quam severitas; plus cohortatio, quam comminatio; plus charitas, quam potestas: cum nemo nostrum sine reprehensione, aut fine peccato vivat. Nam si Dominus statim post trinum negationem Beatum Petrum Apostolum preceptorem nostrum judicasset, non tantum ex eo fructum, sicut fecit, receperit. Expectandi ergo, atque corrigendi magis sunt Rectores Ecclesiae, quam statim judicandi: cum majora negotia, & difficilioris casuum exitus, Sanctorum Patrum Canones spiritu Dei conditi, & totius mundi reverentia consecrati, jubeant sub nostrae sententiae expectatione suspendi, nostroque moderamine finiri. Unde necesse est haec, & alia Ecclesiastica quaeque negotia post multarum experientiarum sollicitudinem perspicere, & diligentius praecaveri: quatenus per spiritum charitatis, & pacis, omnis materies scandalorum, & praesumptio invidorum, atque oppressio simplicium statum de Ecclesiis Domini auferantur. Et sicut non vult quicumque fratrum se aliorum iudicio praegravari, ita non audeat alii inferre, quod sibi non vult fieri. §. I. Judei non sunt cogendi ad fidem, quam tamen si invitati susceperint, cogendi sunt retinere.

Episcopi & Ecclesiastici non sint percussores, sed modesti.

CORR. ROM. a Invidorum. In Epistola Gregorii IV. (quae est in saepe memorato codice Bibliothecae Dominicanae) & aliquot vetustis exemplaribus Gratiani legitur, Invidorum.

PITH. 3. In. abest in V. C. Comminatio. V. C. commotio, ut in marg. Invidorum. V. C. Judaeorum. Judaei. Gratian.

V. Unde IN CONCILIO TOLETANO IV. c. 56. statutum est. [an. 633. in Hispania.] Sicut non sunt Judaei ad fidem cogendi, ita nec conversi ab ea recedere permittuntur.

Judeis autem praecipit sancta Synodus nemini deinceps ad credendum vim inferri: Cui enim vult Deum, miseretur; quem vult, indurat. Non enim tales inviti salvandi sunt, sed volentes, ut integra sit forma justitiae. Sicut enim homo proprii arbitrii voluntate serpenti obediens perit; sic vocante se gratia Dei, propriae mentis conversione homo quisque credendo salvatur. Ergo non vi, sed liberi arbitrii facultate ut convertantur, suadendi sunt, non potius impellendi. Qui autem jam pridem ad Christianitatem coacti sunt venire (sicut factum est temporibus religiosissimi Principis Sisebuti) qui cum constat eos Sacramentis Divinis lociatis Baptismi gratiam suscepisse, & Christum unctos esse, & corporis, & sanguinis Domini exitibus participare; oportet, ut fidem, quam etiam vi, vel necessitate susceperunt, tenere cogantur; nec nomen Domini blasphemetur; & fides, quam susceperunt, vilis & contemptibilis habeatur.

VI. Item LEO PAPA I. Epist. 82. ad Anastasium Episcopum Thessalonicensem, cap. 1. [an. 445. Romae in Macedoniam.] Benevolentia plus quam severitas erga corrigendos agat.

Locet nonnunquam accidit, quae in Sacerdotalibus sunt reprehendenda personis; plus tamen erga corrigendos agat benevolentia, quam severitas; plus cohortatio, quam comminatio; plus charitas, quam potestas. Sed hi, qui ad hunc legem descendunt; & dum dominari magis, quam consulere subditos querunt, placet honor; inquit superbia; & quod provitum est ad concordiam, tendit ad noxam.

PITH. 7. Comminatio. V. C. commotio. Hi. V. C. duo, ab his. Quarunt. abest in V. C. Superbia. 2. V. C. superbiarum.

VII. Item EX CANONE Apostolorum, c. 28. iuxta praefatam versionem. [c. an. 281. in Syria.] Deiciatur ab officio Presbyter, & Diaconus, & Episcopus verberibus timere quereus.

Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus percudentem fideles delinquentes, aut infideles inique agentem, & per hujusmodi volentem timere, deici ab officio suo precipimus; quia nullquam nos docuit hoc Dominus. Econtra vero ipse cum percuderetur, non repercutiebatur: cum malediceretur, non remaledicebat: cum pateretur, non comminabatur.

VIII. Item EX CONCILIO BRACARENSE III. c. 6. [an. 675. in Hispania.] Non verberibus, sed verbis subditos Episcopi corripiant.

Um Beatus Apostolus argueret, obsecrare, vel increpare in omni patientia praecipiat, extra hanc doctrinam novimus quosdam ex fratribus tantis caedibus in honoratos subditos effructere, quantas poterant latrocinantium promereri personae. Et ideo, qui gradus jam Ecclesiasticos meruerunt, id est, Presbyteri, Abbates, & Levitae, qui exceptis gravioribus, & mortalibus culpis, nullis debent verberibus subjacere, non est dignum, ut passim uniusquisque Praelatus honorabiliora membra sua, prout voluerit, & ei placuerit, verberibus subjiciat, & dolori ne, dum incaute subdita percussit membra, ipse quoque debent sibi subditorum reverentiam subtrahat, juxta illud, quod quidam Sapiens dicit. [Leviter] castigatus reverentiam exhibet castiganti: alperitatis vero nimis increpatio nec correctionem recipit, nec salutem. Et ideo, si quis alter, quem dictum est, praedictos honorabiles subditos, licentia perceptae potestatis elatus, malitia animi tantum, credidit verberandos; juxta modum verberum, quae intulerit, excommunicandis pariter & exliti sententiam sustinebit.

PITH. 13. Asperitatis. V. C. asperitatis autem nimia increpatio nec castigationem recipit, &c.

GRATIAN. SALOMON vero contra admonet dicens: Percute fratrem tuum virga: & liberabis animam ejus a morte. Hinc B. Gregorius scribit in Dialogo B. Benedictum, quemdam Monachum virga percussit sanasse, quem crebra admonitione curare non poterat. Hinc etiam Dominus flagello facto de funiculis, male versantes in templo fiam.

gellavit, & de orationis domo ejecit. Hinc etiam Apostolus fornicatorem illum a Satana corporaliter vexandum tradidit: & Magum illum corporali cecitate damnavit. Hinc etiam in Canonibus, pueri, qui ante rationales annos irrationabiliter versantur, verberibus castigari jubentur. Virgines quoque, si Religionis veste deposita aliis se copularint, ergastulis retrudi praecipuntur. Hinc etiam

IX. GREGORIUS I. in Moralibus, 20. lib. par. 4. c. 6. [an. 590. Romae.] Disciplina non est servanda sine misericordia, nec misericordia sine disciplina.

Disciplina, vel misericordia multum destituitur, si una sine altera teneatur. Sed circa subditos suos inesse Rectoribus debet, & juste consolans misericordia, & pie serviens disciplina. Hinc est, quod femivivi illius vulneribus, qui a Samaritano in stabulum ductus est, & vinum adhibetur, & oleum; ut per vinum mordentur vulnera, in oleo mollietur pietatis; per vinum mundetur putrida, per oleum sananda foveantur. Miscenda est ergo lenitas cum severitate, faciendamque quoddam ex utraque temperamentum, ut neque multa asperitate exulcerentur subditi, neque nimia benignitate solvantur. Hoc nimirum illa tabernaculi arca significat, in qua cum tabulis virga simul & manna est: quia cum Scripturae Sacrae scientia, in boni Rectoris pectore, si est virga disciplinae, sit & manna dulcedinis. Hinc etiam David ait: Virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Virga etenim percutimur, & baculo sustentamur. Si ergo est districtio virgae, quae feriat; sit & consolatio baculi, quae sustentet. Sit itaque amor, sed non emolliens: sit rigor, sed non exasperans: sit zelus, sed non immoderate faviens: sit pietas, sed non plus, quam expediat, parcens. Intueri libet in Moyse pectore misericordiam cum severitate sociatam. Videamus amantem pie, & districto severientem.

1. Certè cum Israeliticus populus ante Dei oculos peccata inveniabiliter contraxisset offensam, ita ut ejus Rector audiret: Descende, quia peccavit populus tuus: ac si ei Divina vox diceret: qui tali peccato lapsus est, jam meus non est; atque subjungeret: Dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciendamque te in gentem magnam: ille semel & iterum pro populo, cui praerat, obicem se ad impetum Dei iraculentis opponens ait: Aut dimitte eis hanc noxam: aut si non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti. Penitemus ergo, quibus visceribus eundem populum amavit, pro cuius vita de libro vitae deleri se petit. Sed tamen iste, qui tanto ejus populi amore confringitur, contra ejus culpas penitemus, quanto zelo rectitudinis accendatur. Mox enim ut petitione prima, ne deleantur, culpa veniam obtinuit, ad eundem populum veniens ait: Ponat vir gladium suum super semetipsum: ite & redite de porta usque ad portam per medium castrorum; & occidat unusquisque fratrem, & amicum, & proximum suum: occiderantque in die illo quasi viginti tria milia hominum. Eoos qui vitam omnium etiam cum via morte perit, paucorum vitam gladio extinxit. Intus arsit ignibus amoris: foris accensus zelo severitatis. Tanta fuit pietas, ut se pro illis coram Domino morti offerre non dubitaret: tanta severitas, ut eos, quos divinitus feriri timebat, ipse iudicii gladio feriret. Sic amavit eos, quibus praefuit, ut pro eis nec sibi parceret: & tamen delinquentes sic persecutus est, quos amavit, ut eos etiam Domino parcente prosterneret. Utroque bique Legatus fortis, utrobique Mediator admirabilis, causam populi apud Deum precibus, causam Dei apud populum gladii allegavit. Intus amans Divina ira supplicando obstitit: foris favens culpam feriendo consumpsit. Succurrit citius omnibus offensam morte paucorum. Et idcirco omnipotens Deus fidelem famulum suum citius exaudivit agentem pro populo: quia vidit, quid super populum acturus esset ipse pro Deo. In regimine ergo populi utrumque Moyse miscuit, ut ne disciplina deesset misericordia, nec misericordia disciplina. Unde hic quoque juxta utramque virtutem dicitur: Cuiusque sederem quasi Rex circumstante exercitu, etiam tamen marentium consolator. Sedere quippe circumstante exercitu, vigor est, ac disciplina regiminis: marentium vero corda consolari, ministerium pietatis.

X. Item ISIDORUS lib. 3. sententiarum de summo bono, c. 54. [c. an. 625. in Hispania.] Juste iudicans misericordiam cum justitia servat.

Omnis, qui iuste iudicat, stateram in manu gestat, & in utroque penso justitiam & misericordiam portat: sed per justitiam, reddit peccanti sententiam; per misericordiam, peccanti temperat penam: ut iusto libramine quaedam per aequitatem corrigat, quaedam vero per misericordiam indulgeat. Qui Dei iudicia oculis suis proponit, semper timens, & tremens in omni negotio formidat: ne de justitia tramite devians cadat, & unde non iustificatur, inde de potius condemnatur.

XI. Item ISIDORUS lib. 3. sententiarum de summo bono, c. 54. [c. an. 625. in Hispania.] Juste iudicans misericordiam cum justitia servat.

Omnis, qui iuste iudicat, stateram in manu gestat, & in utroque penso justitiam & misericordiam portat: sed per justitiam, reddit peccanti sententiam; per misericordiam, peccanti temperat penam: ut iusto libramine quaedam per aequitatem corrigat, quaedam vero per misericordiam indulgeat. Qui Dei iudicia oculis suis proponit, semper timens, & tremens in omni negotio formidat: ne de justitia tramite devians cadat, & unde non iustificatur, inde de potius condemnatur.

XII. Item ISIDORUS lib. 3. sententiarum de summo bono, c. 54. [c. an. 625. in Hispania.] Juste iudicans misericordiam cum justitia servat.

Omnis, qui iuste iudicat, stateram in manu gestat, & in utroque penso justitiam & misericordiam portat: sed per justitiam, reddit peccanti sententiam; per misericordiam, peccanti temperat penam: ut iusto libramine quaedam per aequitatem corrigat, quaedam vero per misericordiam indulgeat. Qui Dei iudicia oculis suis proponit, semper timens, & tremens in omni negotio formidat: ne de justitia tramite devians cadat, & unde non iustificatur, inde de potius condemnatur.

XIII. Item ISIDORUS lib. 3. sententiarum de summo bono, c. 54. [c. an. 625. in Hispania.] Juste iudicans misericordiam cum justitia servat.

Omnis, qui iuste iudicat, stateram in manu gestat, & in utroque penso justitiam & misericordiam portat: sed per justitiam, reddit peccanti sententiam; per misericordiam, peccanti temperat penam: ut iusto libramine quaedam per aequitatem corrigat, quaedam vero per misericordiam indulgeat. Qui Dei iudicia oculis suis proponit, semper timens, & tremens in omni negotio formidat: ne de justitia tramite devians cadat, & unde non iustificatur, inde de potius condemnatur.